



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Gvaltervs Episcopus Pictauorum Brugensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

G V A L T E R V S

Episcopus Pictauorum Brugensis.

22. Ian.

Natus est Brugis in Flandria, & ex Doctore Theologo ac Ministro Provinciæ Turonensis Franciscana, creatus est Pictauorum Episcopus, vel inuitus. Multis claret miraculis, præcipue à quartana liberans; ut sanctus Antoninus parte 3. Tit. 4. cap. 9. loquitur. De eodem agit Meyerus in Flandriæ Annalibus lib. 11. ad annum 1293. & nos in libro de Brugensibus eruditio[n]is famâ claris.

G E R V L P H V S M A R T Y R

In Trunchinio.

21. Sept.

Merendræ secundo lapide à Gandauo natus, illam ipsam sui iuris villam Trunciniensi monasterio dedit, in quo & sepeliri voluit, cum ab immani parricida letale vulnus accepisset. Vixit temporibus Eli[se]i Nouiomensis ac Tornacensis Episcopi, qui in Ecclesia Blandiniensi eum in fide instruxit ac confirmauit, circa annum Domini 760. Vitam hic eius è msc. Trunchiniensi codice damus.

Pa[ss]io S. Gerulphi Martyris.

Creator rerum Deus omnia sapienter condens, diuersis cœlum depinxit syderibus claritate differen[t]ibus, atque terram variis Sanctorum decorauit claris luminaribus. Et quidem ut stellæ in cœlo solis lumine illuminantur,